

a 1522 ad 1533 = 257 ltr. 313

Petrus Tomicki vicecancellarius, Sigismundo
primo regi Poloniae.

200

Sacra regia maiestas et domine domine demen:
tissime. Post humilem servitutis et orationum
meorum commendationem. Amici et necessarij
huius adolescentis Dabrowski, qui meas literas
reddet maiestati vestrae, summa Diligentia à me
contenderunt, ut illum maiestati vestrae in auli:
cum ad stipendium duorum equorum addicerem
et commendarem. Quam rem tenetsi ego sim
expertus apud maiestatem vestram et factu gra:
vem, et impetratu difficilem, tamen quia ad offi:
cium meum pertinere sum arbitratus ut desir:
deria amicorum meorum opera mea adiuventur,
negare illis quod petierunt non potui. Quare sup:
plico maiestati vestrae, ut adolescentem istum in
aulicum suum recipere, illique stipendium pro
duobus equis adscribi iubere dignetur. Quod ipse
cum omnibus suis diligentissima servitute sua
promereri curabit, ego vero immortales agam pro
hoc facto maiestati vestrae gratias, cui me et ser:
vitutem meam iterum atque iterum commendo,
felicissimamque esse et optime incolumem cum
serenissima coniuge sua et liberis vehementer
desidero. Datum Varschovia penultima Januarij

100

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Partial view of text on the adjacent page to the right, including words like "Bede", "do", "Jano", "man", "num", "temp", "antig", "Jano", "bet", "rei", "it de", "prof", "can", "po", "hi", "vahu", "is", "ut", "plun", "ipsu", "tant", "ni", "enig", "non", "enim", "et de", "vo m", "ego", "servit".